

expelli, adstantes exire tenentur ne cum illo comunicent; & ipse sacerdos tenetur Missam inchoatam abrupte, si nondum incepta canonem si inceperit, debet solo ministro manente pergere usque ad communionem inchoatam, & reliqua perficere in officio. Sacerdos autem seipsum celebrans coram excommunicato vitando, peccat mortaliter, & ligatur interdicho ab ingressu Ecclesie, c. 6. de privil. in 6.

Secundo in actionibus forensibus, ita ut excommunicatus nequeat esse iudex, procurator, actor, tabelio, testis &c. nec esse liceat tales actiones exercere, c. 8. de sent. excom. in 6. Eius tamen acta valent, si fit toleratus, & non repellatur: secus, si non fit toleratus.

Tertio in actionibus civilibus juxta. hunc versum. *Oi, orare, vale, communis, mensa negatur.* O significat colloquium, allocationes five nutibus, five verbo, aut scripto, & quavis amicitia signa, ut oscula, amplexus &c. Orare, id est, communicatio in orationibus, & divinis officiis. Vale significat salutationes urbanas vestro, nutu, aut alio signo. Communis, id est, omnis factores, que habetur in communione, in contrahibus, negotiis, & aliis actionibus; ita ut non liceat cum eo contrahere, laborare, iter facere, aut quodvis opus prestare. Mensa denotat omnem convivium, & convivium. Ecclesia autem, utpote communis perfecta, habet potestatem non minus, quam qualibet alia, subditos sibi non obsequentes a reliquorum consorcio segregandi, & ea vitium, tum ne rebelles criminis contagione alios inficiant, tum ut ipsi tanto magis pudelacti citius respiciant, tum ad exemplum & terrorem aliorum.

Licet tamen extra divina officia communicare cum eo tolerato in his casibus in jure exceptis, ut cap. Quoniam; 11. q. 3. & hoc versu contentis:

Utile, lex, humile, res, ignorata, necesse.
Prima itaque causa excusans est utilitas spiritalis etiam ipsius excommunicati, cum scilicet id expedit ad ejus salutem, ut ad meliorem frugem reducat, c. 47. de sent. excom. Item alterius utilitas temporalis notabilis, v. gr. ad petendum consilium, subsidium, vel solutionem debiti, non tamen ad deum contrahendum, ex c. 24. eod. tit. Secunda est Lex, nempe connubii, que jubet, ut conjuges nuptia sibi officia prestant. Tertia humilis: Sunt officia filiorum erga parentes, & famulorum erga dominos, si serviant ante excommunicationem: item inferiorum erga superiores, quoad ea, que spectant ad communicationem necessariam iis, qui habitant in eadem familia, &c. Quarta est ignorantia juris vel facti. Quinta est casus necessitatis anime vel corporis alterius, v. gr. ad comparanda victui necessaria &c. Item necessitas auxilii, consilii, vel refugii.

6. Sextus excommunicationis majoris effectus est irritatio gratiarum Apostolicarum, c. 1. de rescript. in 6. Quare Papa in suis rescriptis premittere solet absolutionem ab omnibus Censuris dumtaxat ad effectum gratie ab ipso concessa. Que si omittitur

(1) Vid. Notam ad fin. q. 5. c. 1. sess. 3. tract. de Legib.

præbendo consilium, auxilium vel favorem, semper peccat mortaliter, & eandem incurrit excommunicationem, c. 29. & 35. de sent. excom. quia faciens, & contentiens pari poena puniri debent.

Quest. V. Quinam sunt effectus excommunicationis minoris?

Resp. Tres sunt, 1. Privatio seu prohibitio accetionis Sacramentorum, c. 2. de sent. excom.

2. Privatio passivæ electionis ad dignitates & beneficia. Quare illa ligatus peccat graviter, si licet recipiat Sacramentum vel beneficium, quia violat preceptum Ecclesie in re gravi, non fit tamen irregularis, nec electio aut proviso est irrita, sed solus irritanda, cap. ult. de cleric. excom.

3. Privatio administrationis licite Sacramentorum, ex eod. cap. ubi dicitur, peccare confrendo Ecclesiastica Sacramenta.

Quest. VI. Quanam sunt excommunicationes reservate Papa, & Episcopis? (1)

Resp. Circa hoc consili debet propria directio Rituali. Hic tamen opere pretium est explicare excommunicationem contra percussores Clericorum a Conc. gen. Later. II. can. 75. latam his verbis: *Placuit, ut si quis suadente diabolo hujus sacrilegii reatum incurrit, quod in Clericum vel Monachum violentam manus injecerit, anathematis vinculo subjaceat, & nullus Episcoporum illum presumat absolvere, nisi mortis urgente periculo, donec Apostolice conspectui presentetur, & ejus mandatum suscipiat.*

1. Nemo cuiusvis ordinis, dignitatis, sexus, status ab ea eximitur, ne impubes quidem rationis compos. Imo hanc incurrit mandantes, consentientes, & consilentes, effectus securo; item non impedientes, si ex officio ad hoc teneantur, vel si poterint impedire sine damno periculose suo, & dolose permiserint, c. 47. de sent. excom. Item ratam habentes percussorem suo nomine factam: etiam non consulerint nec mandaverint, cap. 23. de sent. excom. in 6. Item Clericus seipsum vulnerans ex malitia seu passione: secus si ex devotione.

2. Per Clericum intelligitur quilibet prima saltem tonsura initiatus, modo habitum gesserit clericalem, etiam conjugatus, modo cum unica virgine c. 33. de sent. excom. Etiam laici conversi, ibid. & c. 3. de sent. excom. Etiam laici Conversi, ibid. & c. 3. de sent. excom. & noviti, c. 21. eod. tit. in 6. Item Eremita subiectus alicui regule, & superiori ecclesiastico, & habitans in oratorio auctoritate Episcopi

(1) Quatuor abhinc seculis huic questioni ita respondit Scotus (in qu. sent. dist. 25. qu. 1. vers. fin.) communicatio incurritur quandoque a jure, quandoque a iudice. Et quidem a jure quandoque erat possibile dicere numerum: imo erat parvus numerus, quando fuerunt Decretales compilatae sub Greg. IX. Sed hodie quis numerare sufficit? & cum crescant in infinitum, crescentibus moribus capitum, non oportet circa hoc membranas imple. Nostra tamen esa-

III. Infigere diabolo, hoc est, Ellicite & iniuste. IV. Per has voces, manus violentam injecerit intelligitur quavis actio corporalis, de se violenta, injuriosa ac contumeliosa circa Clericum vel Religiosum, aut res ei adhaerentes, per se sufficiens ad gravem injuriam contra hominem, & reverentiam debitam tali persone, dice siat manu, five baculo, gladio, lapidibus &c.

Hinc ipso facto excommunicatus est. 1. Qui talem percussit, vulneravit, contempsit, evellit crines, lacerat vestem, & ita ut actio sit graviter injuriosa. Idque etiam Clericus consentiat; quia actio non ideo desinit esse injuriosa Ordinii Clericali, in cujus favorem lata est excommunicatio, cap. 36. de sent. excom. 2. Qui concludit aut violenter desinit in carcere, vel loco unde sine delictore exire nequit. 3. Qui persequitur, ut in flumen vel fossam iniecit, equo decedit &c. 4. Qui manus violentas iniecit in equum, cui insidet, occidendo, vulnerando, ledendo, sistendo per frenum, que actio est gravis in ratione contumeliosa &c.

V. Hac excommunicatio non contrahitur, 1. Quando actio non est de se violenta, licet sit injuria, ut cum fur clam abscondit crumenam. Item si fiat sine violenta manuum iniectione, ut cum verbis contumeliosis afficitur. 2. Si percussio fit iocosa, c. 1. de sent. excom. aut casualis, ut cum janitor vel apparitor arcens turbam, fortuito casu percussit Clericum in turba versantem, c. 3. de sent. excom. 3. Si nesciat esse Clericum. 4. Si Praelatus, pater, magister subditum in minoribus constitutum correctionis causa moderate percussit, habita ratione culpæ, quamvis ita accedat, c. 1. de sent. excom. Item qui alios e familia sua, vel propinquos in minoribus constitutos leviter percussit; ut consolentur a suis violentis, & scientia bonique moribus imbuantur, c. 34. de sent. excom. Imo Praelatus, & preceptor ecclesiasticus potest in majoribus constitutum correctionis, & discipline causa castigare, c. 10. eod. tit. modo per se, vel per alium, si necessitas urgeat, castiget non tamen per laicum, alicui contrahitur excommunicatio, c. 4. eod. tit. 5. Si Clericus viti culpabiliter percutiatur eo instanti, quo deprehenditur turpiter agens, hoc est, actum quemvis impudicum exercens cum matre, uxore, filia, vel sorore parentis: secus, si cum alia. Item si quis Clericum percutiatur defendendam vitam aut bona sua, cum debita moderatione, c. 3. de sent. excom. 6. Si percutiatur Clericus, qui a privilegio canonis excidit, v. gr. bigamus, vel qui ter motus non gessit habitum clericum.

te varii Scriptores curam assumserunt Confessarii (qui ex Rituali Romano scire debent casus & Censuras Sedi Apostolicæ, & Ordinario suo reservatas exhibendi velut in tabula collecta censuras omnes reservatas tum Summo Pontifici, tum Episcopis. Vid. Auctorem Summæ Alexandrinæ par. 1. art. 2. §. 12. 2. §. 1.) Illudque Naviensem Antiphitem Terrægo (Instruct. Tract. pag. 291. usque ad 331. Edit. Venet.) & alios.

calem. 7. Si Clerici impuberes se invicem percusserint, aut unus alterum percusserit: secus si scholasticus clericus puerum ex odio seu gravi ira se percusserint, c. 1. de sent. excom. in 6.

VI. Duplex distinguitur Clerici percussio etiam mortalis: alia dicitur enormis ac gravis, & talis censetur vel ratione valde magnae gravitatis ipsius percussiois, qualis est occisio, mutilatio, notabilis effusio sanguinis ex vulnere, carnis laceratio, dentium vel multorum capillorum evulsio: vel ratione emittentis personae percussae, ut si fit Episcopus vel Prelatus, etiam alapa tantum percuitur.

Altera dicitur levis seu mediocris, scilicet comparate ad enormem; & est ea, quae nullam maculam, lacerationem carnis, mutilationem, copiosam sanguinis effusionem, nec dentium aut multorum capillorum evulsionem inluit: nec est contra Episcopum, Cardinalem, vel Praelatum, nec magnum scandalum parit.

Prima est reservata Papae, secunda Episcopis, cap. 25. de sent. excom. Prelati vero religiosorum possunt absolvere suos se invicem percussentes, modo si religiosus percussus non subiacet eidem Superiori, percussus debet a suo & percussus Praelato absolvi, cap. 23. eod. tit. Si religiosus clericum saecularem percusserit, non potest absolvi nisi ab Episcopo, c. 25. de sent. excom. in 6. vel a Papa, si percussio sit enormis.

CAPUT III.

De Interdicto.

Quaest. I. Quid est quotuplex est interdictum? Resp. Interdictum est censura, qua prohibetur officiorum divinorum celebratio publica & auditio, quaedam Sacramenta, & ecclesiastica sepultura.

Dividitur in locale, personale, & mixtum. Interdictum locale est, quod directe fertur in locum prohibendo ne supradicta in eo exerceantur. Personale est, quod immediate fertur in personam, ei prohibendo istorum exercitium & participationem, ubicunque existat. Mixtum est quod & personam & locum immediate afficit.

Deco priora subdividuntur in generale & particulare. Interdictum locale generale est illud, quod interdicitur locus aliquis communis, ut Regnum, Provincia, Civitas &c. Particulare est, quod interdicitur aliquis locus particularis, v. gr. una Ecclesia, vel aliqua ex illis quae sunt in Civitate. Personale generale, est illud, quod interdicitur aliqua hominum communis, prout constituit unum corpus, ut omnes personae Regni vel Civitatis. Particulare est illud, quod interdicitur una persona, vel plures personae ut particulares.

Est etiam quaedam partialis Interdicti species, qua prohibetur ingressus in Ecclesiam; & si quis in tali interdicto sine poenitentia moriatur non debet in loco sacro sepeliri, c. 22. de sent. excom. in 6.

Sed circa haec interdicta notanda sunt sequentia. 1. Interdictum in Urbem latum afficit etiam suburbia, & aedificia continentia, quamvis sint sub ju-

risdictione seu temporali seu spiritali alterius, c. 17. de sent. excom. in 6. ne contemnatur interdictum, si populus in suburbis poster divinis officiis interesse. Item interdictum aliquis Ecclesiae ad coemeterium & facella ei contigua extenditur, ibid. At interdictio coemeterio non interdicitur Ecclesiae ei contigua: nam accessorium sequitur principale, & non vicissim.

2. Interdictum ab Episcopo in Civitatem latum debet etiam ab exemptis servari. Conc. Trid. sess. 25. c. 22.

3. Interdictio generali locali non comprehenditur personae: unde incolae Civitatis interdicti possunt interesse Sacro & Officiis divinis in aliis locis. Et vicissim interdictio personalis non comprehendit locum, nisi exprimat. Hinc interdicti Clerici aliquis Ecclesiae, non censentur ipsa Ecclesia interdicta, & cere ritia possunt in ea celebrare. Interdictum tamen locale est etiam personale respectu eorum, qui sua culpa fuerunt illius causa, ideoque non possunt etiam extra locum interdictum interesse divinis.

4. Interdicta aliqua communitate, interdicitur singulae ejus personae etiam innocentes, sed hi solum quatenus sunt pars communitatis. Quare si desinant esse membra illius, desinant esse interdicta: non item nocentes, c. 26. de excom. in 6.

5. Interdictio populo, non interdicitur Clerus, nec extranei, qui ibi sunt negotiorum causa: & vicissim interdictio Clero, non interdicitur populus, ex cap. cit. nec religiosi, nisi qui ratione officii pastoralis censentur esse de corpore Cleri saecularis.

6. Ad interdictum speciale personale requiritur culpa mortalis propria, cum hoc fit gravis poena, ut poenae privans magnis bonis spiritalibus. Ad locale autem, vel personale generale requiritur peccatum grave contumaciter commissum a capite, vel a praecipuis membris, licet reliqui culpa vacent, ex eod. c. Quia haec poena redundat in communitatem, quam privat cultu divino publico.

7. Per privilegium absolventi ab omnibus Censuris non intelligitur potestas tollendi interdictum locale, aut personale generale: & neutrum potest tolli, nisi ab habente jurisdictionem in foro externo in locum vel communitatem interdictam.

Quaest. II. Quot sunt species interdicti? Resp. Tres sunt. 1. Est prohibitio celebrationis & auditionis divinorum officiorum, per qua intelliguntur Missa, horae canonicae, vel aliae praecipue solemniter recitatae, supplicationes, benedictiones nuptiarum, aquae &c. demum omnis actio ab Ecclesia ordinata ad cultum Dei, & exercenda ejus nomine ab ejus ministris.

Licita tamen est concio. Et tenentur Clerici interdicti Horas Canonice privatim recitare. Imo ex c. Alma de sent. in 6. Clerici & Religiosi non interdicti possunt & debent, uti antea, quotidie in suis Ecclesiis Missas & divina officia celebrare, sed submissa voce, januis clausis, exclusis excommunicatis ac interdictis, & non pulsatis campanis. Item permittitur, ut in festivitatibus Natalis Domini, Paschae, Pentecostales, & Assumptionis Beatae Virg. campanae pulsentur, & januis apertis alia voce divina officia solemniter celebrentur, exclusis excommunicatis, sed ad-

admissis interdictis: modo qui causam interdictio dedentem ad altare nullatenus appropinquat. Hoc privilegium extendit Martinus V. ad festum Corporis Christi, & ejus octavam.

2. Est prohibitio receptionis & administrationis quorundam Sacramentorum, exceptis Baptismo, Confirmatione, & Poenitentia, quae conferi possunt etiam saeculis liberis; non tamen excommunicatis; & iis qui causam interdictio delere, vel qui ad perpetrandum delictum, ob quod interdictum latum est, praebuerunt auxilium, consilium, vel favorem; nisi prius satisfecerint ob delictum, vel de satisfactione cautionem dederint, cap. Alma, cit. Potest etiam personaliter interdicti delere modo solito Eucharistia, si sint in probabili mortis articulo, cap. 11. de poenit. Quare tempore interdicti prohibetur dumtaxat Eucharistia danda Laicis saeculis, Ordinario, Extrema unctio, quae tamen secundum varios conferti potest infirmis, qui nequeum alia Sacramenta suscipere, quia tunc est necessaria; & benedictio nuptialis, quod Sacramentum Martiomii, juxta milites, licite & valde contrahitur in omnibus interdictis.

3. Est prohibitio Ecclesiasticae sepulturae, quae in interdicto locali extenditur ad infantes & amentes. Si tamen interdictus iam sit humatus in loco sacro, quamvis illicite, non est exhumandus. Clerici autem, qui non sunt specialiter interdicti, nec interdictum violantur, possunt sed sine cantu & campanarum pulsu sepeliri in loco sacro interdicto, sed non specialiter, c. 11. de poenit. Laici vero qui non sunt personaliter interdicti, nec causam culpabilem interdictio delerunt, sepeliri possunt in loco sacro non interdicto.

Porro qui ob interdictum humatus est in loco profano, eo solito, transferendus est in locum sacrum; modo non fuerit specialiter interdictus, nec causam interdictio dederit.

Quaest. III. Quanam sunt poenae violentiam interdictionum? Resp. 1. Peccant mortaliter, nam praecipuum Ecclesiae violant in re gravi. 2. Qui illud violat exercendo actum proprium Ordinis, fit irregularis, c. 28. & 20. de sent. excom. in 6. 3. Excommunicationem Papa reservatam incurant Domini temporales compellentes Clericos ad celebranda publice officia in loco interdicto, vel impediens ne publice excommunicati aut interdicti exeant tempore officiorum. Item ipsi interdicti post innotuissent non exeunt. Clem. 2. de sent. excom. 4. Qui interdictos extra causam concessos scientes sepelunt in loco sacro contrahunt excommunicationem Episcopo reservatam. Clementi. 1. de sepult. 5. Excommunicantur Religiosi etiam exempti, qui non servant interdictum generale locale a Papa, vel Ordinario latum, quando servatur a matrice Ecclesia, vel a Parochiali loci, in quo habitant. Clem. 2. de sent. excom.

Quaest. IV. Quid est cessatio a divinis? Resp. Est Ecclesiastica prohibitio, qua Clerici sub mortali cessare debent a celebratione officiorum divinorum, & administratione Sacramentorum, nisi quatenus necessitas postulat. Fit in signum gravis doloris ab Ecclesia concepti ob gravem aliquam injuriam sibi, vel honori divino illatam, & per modum iudicis

Antoine Theol. Moral. Tom. III. P. II.

defensionis. Eodem ferme effectus habet quae interdictum. Non est tamen Censura, cum non fit poena medicinalis: unde ejus violatio, licet fit mortalis, non inducit irregularitatem, c. 18. de sent. excom. in 6. Religiosi qui violantes incurrunt excommunicationem. Clem. 1. de sent. excom.

CAPUT IV.

De Suspensione.

Quaest. I. Quid est quotuplex est? Resp. 1. Suspendio est censura Ecclesiastica, qua Clerico prohibetur usus Ecclesiastici officii, vel beneficii, vel utriusque; sive qua Clericus privat exercitio potestatis, quae ei competit ratione officii clericalis, vel beneficii, vel utriusque.

2. Multiplex est suspensio. Nam alia est ab officio, per quod intelligitur potestas ordinis & jurisdictionis, unde est suspensio ab exercitio ordinis & jurisdictionis; alia a beneficio; & alia demum ab officio simul & beneficio.

Item alia est ab ordine tantum, qua Clericus privatur solum usu securum ordinum, ita ut ei non liceat Missam celebrare, Sacramenta ministrare, fungi munere Diaconi, vel Subdiaconi; alia jurisdictione tantum, qua Clericus privatur solum iura jurisdictionis, ita ut non possit licite censuras ferre, instituire, delegare ad munia Sacerdotalia &c. Et alia a beneficio tantum, quae privat solum fructibus beneficii. Haec tres suspensiones possunt esse vel in totum, vel in partem: nam suspensio potest esse tantum a parte officii, seu privare aliqua tantum functione sive ordinis, sive jurisdictionis.

Denique suspensio alia fertur ad certum tempus vel sub conditione, alia absolute & sine determinatione temporis, alia ob culpam, mere praeteritam, vel in perpetuum, vel ad certum tempus, quo transacto per seipsum expirat.

Observanda sunt sequentia. 1. Ut cognoscatur qualis & quanta sit suspensio, considerata sunt verba quibus fertur, & quae in hac materia upote odiosa debent stricte accipi.

2. Suspendio ab officio simpliciter non censetur suspensus a beneficio, nec e contra, ex c. 10. de purgat. canon. & cap. 14. de vita & honest. quia sunt poenae diversae & a se invicem separabiles. Unde ex communi sententia si licite praecipit fructus beneficii, modo per alium suppleat beneficium munera, quae non potest exercere, ad quod tenetur, cum retineat titulum & onera beneficii; alioqui non potest eos percipere, quia non consecratur nisi proprio officium. Distributiones autem non potest percipere nec retinere, quia non consecratur nisi iis, qui per se ministrant.

3. Quando in suspensione exprimitur pars officii, non est suspensus ab altera. Si autem dicatur suspensus ab officio simpliciter, hoc est, sine addito, privatus est ab omni exercitio tam ordinis quam jurisdictionis, ut constat ex iure, usa, ac sensu communi: nam ad officium Clericale pertinent ea, quae sunt ordinis & jurisdictionis. Dico, simpliciter: nam suspensio interdum fertur ab aliquo determinato

74 officio, cum addito, ut ab officio Pontificali vel Parochiali, vel Sacerdotali. Et tunc suspensio non prohibetur exercitium alterius officii, quod non includitur in officio prohibito.

4. Suspensus ab ordine simpliciter, non ideo a jurisdictione suspenditur; nec e contra: quia Ordo est quid distinctum a jurisdictione, neque est illi necessario annexum. Hinc suspensus ab Ordine simpliciter, potest exercere omnes actus jurisdictionis ad Ordinem non pertinentes, v. gr. Episcopus est suspensus potest alteri delegare potestatem absolvendi a peccatis, quamvis ipse non possit absolvere. Item suspensus a jurisdictione simpliciter, non est suspensus ab actibus Ordinis, qui jurisdictionem non requirunt: unde potest facere Sacrum, sed non absolvere.

5. Suspensus ab Ordine superiore, non est suspensus ab inferiore, v. gr. suspensus praecone a sacerdotio, non est suspensus a diaconatu, & aliis inferioribus; nam qui prohibet majus, non censetur prohibere minus. E contra suspensus a minore Ordine, suspensus quoque est a majore, quia cui non licet quod minus est, non licet quod majus est.

6. Suspensus a beneficio simpliciter, censetur suspensus ab omnibus beneficiis, nisi sensus expresse restringatur. Suspensus vero simpliciter, intelligitur ab officio & beneficio simul: nam locutio indistincta spectat utriusque.

Quest. II. Quinam sunt effectus suspensionis?

Resp. 1. Suspensus ab officio etiam occultus, 1. Peccat mortaliter, si exercet actum sine Ordinis, sive jurisdictionis, quia violat prohibitionem Ecclesiae in re gravi, idque ubiqueque exercet: nam censura contracta sequitur reum ubiqueque fit. Ita committit, etiam suspensus lata sit a proprio Episcopo, quia est praecipuum personale immediate respiciens personas, easque obligans extra territorium. Actus tamen Ordinis a jurisdictione non pendentes sunt validi: quia Ecclesia non potest tollere potestatem Ordinis, sed solum ejus exercitium prohibere. Actus vero jurisdictionis sunt invalidi, si suspensus sit nominatim denunciatus, quia privatur actuali jurisdictione; sed validi sunt, si non sit denunciatus, ex Constit. Mar. V. Ad evitandum.

2. Illicite beneficium novum recipere & ei conferre, quae collatio est saltem irritanda, ex c. 8. de consue. quia qui privatus est aliquo actu vel munere, est etiam privatus susceptione eorum, quae ad talem actum vel munus ordinantur. Sive, quod idem est, qui prohibetur actu vel munus aliquid, et quoque prohibetur ea, quae ad talem actum vel munus ordinantur, ex cap. ult. de cleric. excom.

3. Suspensus fit irregularis, si exercet functiones Ordinis proprias, quae competunt Clericis, c. 1. de sent. & re judic. in 6. ex Concil. gener. Lugdun. Secus, si exercet tantum ea, quae sunt jurisdictionis, vel quae laici possunt praestare; ut si can. epistolam sine manipulo.

Resp. 2. Suspensus a beneficio licet occultus privatur omnibus sive beneficiis fructibus, quibus continentur distributiones quotidianae, utpote pars fructuum, ita ut non possit eos licite percipere, & receptos tenetur restituere ante omnem sententiam: nam censura impedit eorum acquisitionem, unde ad eam non pertinent. Nemo autem retinere potest quod

sum non est. Tenetur nihilominus horas recitare, & alia onera beneficii praestare; quia haec obligatio annexa est beneficio quod retinet, nec ea liberatur ob privationem fructuum: quae ei in penam culpe ob privationem fructuum remanere oportet: censura enim non iuste imponitur remanente onere: censura enim non tollit omnia in detrimentum Ecclesiae & Fundatorum. Non videtur tamen privari jure eligendi, praesertim, si confertur beneficium & c. sibi competente ratione beneficii, a quo suspensus est. Quia electio, ad iura praesertim, collatio non sunt propria loquenda fructus beneficii, sed actus officii tibi beneficio annexi: in materia autem poenali verba sumi debent in sensu proprio & stricto.

Quest. III. A quo & quomodo tolli potest suspensio?

Resp. 1. A suspensionibus, etiam si jure reservatae non sunt, non posse parochos, neque alios vulgares confessorios absolvere, nisi speciale privilegium, vel delegatum potestatem accepert a Papa, vel ab Episcopo, si non sint specialiter reservatae. Pape, docent Suar. Navar. Laym. etc. reservatae possunt absolvere ab omnibus censuris, etiam suspensione, a jure laici non reservatae.

Resp. 2. Si suspensio absolute & sine determinatione temporis inflicta sit ob contumaciam, tollitur per solam abolitionem. Si autem lata fuerit ad certum tempus, v. gr. triennium, vel sub conditione, transacto tempore, vel conditione impleta, suspensio cessat per se ipsam sine alia abolitione. Si vero imposita sit in perpetuum ob culpam praeteritam, tanquam mera poena, tollitur solum per dispensationem seu relaxationem Praelati vel ejus delegati; quia non est censura.

Quest. IV. Quibus casibus utaturibus incurritur suspensio ipso jure?

Resp. Sequentibus, 1. Qui Ordines sacros recipiunt vel ab alieno Episcopo sine dimissionis, vel a proprio in aliena diocesi, vel confecto titulo, vel per saltum, vel in censura, vel extra tempore a jure statuta, vel sine legitima aetate aut facultate, vel post matrimonium contractum, licet non consummatum, item qui surrice ordinantur, hoc est, qui non approbati inter ordinandos irreperunt, aut alium in sui locum substitutum examini; hi omnes suspensi sunt ab executione Ordinum: & si Ordinem aliquem exercerint, sunt irregulares.

2. Qui eodem die duos sacros Ordines recipit. 3. Ordinans & Ordinatus simoniaci est suspensus ab Ordinibus.

4. Ex Conc. Trid. sess. 24. c. 1. parochos, vel alios sacros junctis sive quibuslibet parochiae sine illorum parochi licentia.

5. Occupantes bona vel census Ecclesiae, beneficii, vel alterius pii loci.

6. Simoniaci, sordidum exercentes, provocantes ad duellum, vel acceptantes & c.

7. Apostata a religioso ordine, praesertim si in apostasia recipiat Ordines.

Nota. Episcopi ex privilegio non incurunt suspensionem, nec interdictionem a jure, nisi eo, si non fiat expressa mentio. Ita statuit Innoc. IV. in Concil. Gener. Lugdun. & referunt c. 4. de sent. excom. in 6.

Quest.

Quest. V. Quomodo Deposito & Degradatio differant a Suspensione?

Resp. Deposito est poena, per quam Clericus privatur omni beneficio & beneficio Ecclesiastico in perpetuum sine ipsis reservationibus, retento solo privilegio canonis & fori; ita ut neque ab illo percipi, ne trahi possit ad tribunal saeculare. Degradatio vero est poena, per quam quis sollemniter privatur in perpetuum non solum omni officio & beneficio Ecclesiastico, sed etiam privilegio clericali.

Haec poena differat a suspensione, 1. Quia non sunt Censurae, cum non sint poenae medicinales, sed mere vindicativae, utpote inflictae in perpetuum. 2. Quia privatur ipsa potestate ipso officio & beneficio: suspensio vero privat tantum usu officii, & fructibus beneficii. Depositi tamen & Degradatus non privatur potestate Ordinis, quem semper possunt valide, licet illicite, exercere, in non requirit jurisdictionem.

CAPUT IV.

De Irregularitate.

Quest. I. Quid est Irregularitas?

Resp. Est impedimentum canonicum, quo prohibetur suscepio Ordinum, & eorum exercitium. Sive est inhabilitas jure canonico inducenda, impediens suscepiendum Ordinem, & susceptorum exercitium. Differt a Censura, quod haec sit poena medicinalis ob culpam inflicta, & ad emendationem delinquentis ordinata: Irregularitas vero immediate & primario statuta fit non ad poenitionem, emendationem delinquentis; sed ob honorem sacri ministerii, qui postulat, ut qui ad altaris ministerium assumuntur, sine & integri corpore, & animo pari: unde non necessario supponit culpam, ut Censura. Fertur tamen aliquando per modum poenae vindicativae, sed secundario, quantum ob delicti maculam aliquis censetur indignus sacro ministerio, ob cuius reverentiam primario insiditur.

Porro nomine Ordinum hic intelligitur etiam prima tonsura, et consuetudo praxi Ecclesiae, & communis Doctorum sensus: quia est dispositio ad Ordines.

Circa irregularitates notanda sunt sequentia.

1. Nulla est irregularitas ab homine, sed omnis est a jure universaliter ab papali, ex c. 8. de sent. excom. in 6. ubi Bonifac. VIII. declarat per celebrationem in Ecclesia polluta non fuisse contractam irregularitatem, cum id, inquit, non sit expressum in jure, sicut communi. Quia cum irregularitas sit iura primario per modum impedimenti canonici ob decentiam ac reverentiam sacro altaris ministerio debitam, haec impedimenta debent esse eadem in tota Ecclesia, sicuti debita altaris ministerio reverentiae, ac honor communis est toti Ecclesiae.

2. Irregularitas contrahitur ante omnem sententiam,

(1) Non eadem propterea dicitur mens circa irregularitates ex defectu, & ex delicto. Siquidem est nemo ambigat, quin irregularitas prioris generis contrahatur etiam ab homine illam invincibiliter ignorante, (N. 224.) scilicet tamen de irregularitate generis posterioris opinatur haud pauci. Unde Sylvius

etiam ob defectum vel crimen occultum, & non tollitur per abolitionem, sed per dispensationem in hunc modum: Dispensatio totum super irregularitatem, quam incurritur ob talem causam, & habilem reddo, & revivito te executioni Ordinum, & officiorum suorum, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Ita Ric. Rom.

3. Potest quis pluribus irregularitatibus etiam eisdem specie detineri ob idem factum pluries committitur. Quare obtinens dispensationem irregularitatis cum expressione aliquis causae non censetur dispensatus in omnibus aliis irregularitatibus contractis ex alia causa non expressa, nisi superior intendat generaliter dispensare: nam una irregularitas potest sine alia auferri, sicut potest sine illa induci.

4. Clericus irregularis licet obire potest omnia munera sacra, quae laico competere possunt, ut in Ecclesia canone, celebrantia ministrare, Sacramenta recipere, excepta Ordinatione.

5. Ignorantia invincibilis solum irregularitatis, etiam ex delicto, juxta (1) communem sententiam, non excusat ab illa. Quia irregularitas non est poena medicinalis requirens contumaciam, sed est quaedam macula seu inhabilitas annexa a jure non ad emendationem, sed ob reverentiam sacri ministerii debitam.

Quest. II. Quinam sunt effectus Irregularitatis?

Resp. Duo, 1. Gravior illicitam reddit suscepiendum Ordinem, etiam prius tonsura, & eorum usum, non tamen invalidam. Unde peccat mortaliter, qui in irregularitate recipit vel exercet Ordinem: quia violat praecipuum Ecclesiae in re gravi vel ad religionem pertinente. Idem die fit recipit primam tonsuram, quia est res gravis: nam constituit hominem in statu clericali, & reddit capax beneficium ac Ordinis ex cap. ult. de temp. et c. 12. in 6. Nullam tamen aliam poenam ipso facto laici incurrit; quia nulla talis in jure contra irregularitatis violatores decernitur.

Porro non prohibetur usus jurisdictionis, quae exerceri potest sine actu ordinis. Hinc Parochus irregularis potest delegare ad Sacramenta suis parochianis ministranda, quamvis ei non liceat illa ministrare. Valide tamen absolveret, cum non privetur potestate Ordinis, nec jurisdictionis.

2. Inhabilem reddit ad beneficium recipiendum, si fit totalis, ita ut collatio facta irregulari, licet non potest omnia ejus munia obire, fit nulla, ex c. 1. de cleric. pugnans, & c. 18. de sent. excom. in 6. ubi dicitur esse intelligibilis. Quia beneficium datur propter officium, & ad hoc ex se ordinatur. Cum ergo irregularis sit inhabilis ad officia exercenda, est etiam inhabilis ad beneficia recipienda. Quare qui in irregularitate beneficium recipit, non potest illud retinere sine nova collatione, nec fructus ejus percipere. Idem die de dignitate & praesertim Regularium ex cap. 12. de panis. Clericus autem per irregularitatem

(Com. ad Suppl. 3. p. qu. 22. n. 4. in fin.) scribit: An ea irregularitates, quae est ob peccatum, incurritur ab ignorantia illam, dubitatur; Navarrus negat; nec improbabilius quantum ad forum conscientiae: in foro autem externo non facile admititur talis excusatio.

de injuria sibi in se, vel in suis rebus illata, sic irregularis licet reus morte plebendus sit, modo expresse profectur, se nullam capitavit mutilationis poenam intendere; cap. de homic. in 6. Alioquin ait dicitur: *Si Clericus de suis malefactoribus taliter conquiri non audeat; daretur plerisque materia trucidandi esset, et ipsorum bona libere depraedandi.* Secus si occidit vel mutilat in defensionem vitæ alterius innocens, etiam patris, cum debita moderatione. Nam quævis non peccet, incurrit irregularitatem ex defectu lenitatis, quia quoad hoc Clem. V. juri antiquo non derogavit, nam cum solum eximit ab irregularitate, qui mortem aliter vitare non valens suam occidit vel mutilat in iraforem. Stat autem regula generalis pro his, quæ non excipiuntur.

Septima est ex defectu bonæ famæ, seu ex infamia; infames enim sunt irregulares, cap. Infames, c. qu. 7.

Duplex autem est infamia, Juris scilicet & Facti. Infamia juris est ea, quæ imponitur jure seu canonico, seu civili ex cit. can. Infamia facti est publica notitia, seu opinio commissi criminis, per quod fama hominis, spectatis personæ qualitate & itatu, sapienter graviter leditur, quamvis crimen illud per leges non notetur infamia; sic infames sunt Clerici ebriosi.

Infamia juris iterum duplex est, alia que per legem ipso facto induitur, alia que oritur ex sententia, qua iudex damnavit ad poenam infamantem val-

de gravem, ut virgis casti, ignominiose tradendi, ad irregularitatem ex infamia facti tollitur oblique dispensatio per publicam, & constantem vitæ emendationem, quæ prioris vitæ macula non solum coram Deo, sed etiam in opinione hominûm abstergetur, ex c. 2. de testib. Irregularitas vero ex infamia ipso jure vel per iudicis sententiam contracta ob crimen notorium, non tollitur nisi per dispensationem.

Questi. V. *Quam sunt Irregularitates ex defensione?*

Resp. Sequentes. Prima est iteratio baptismi, ob quam sunt irregulares scienter rebaptizati, rebaptizati, qui rebaptizanti ministrant; item qui extra necessitatem permittit se ab hæretico baptizari.

Secunda, ex illicita susceptione, vel usu Ordinis, quam incurrunt, c. Qui furtive suscepit Ordines, hoc est, qui non examinatus, vel non admissus, vel alio modo se ad subeundum examen submisit, dolose se ingerit inter ordines ad ex tit. de re qui for. 7. Qui post contractam matrimonium licet non consummatum ordinatum irrita uxore, extrahit. Antiqua de vol. 3. Qui in excommunicatione majore suscepti Ordinem sacrum c. 23. de sent. excom. 4. Qui exerceat actum proprium Ordinis, quem non habet, ex c. 1. & 2. de cler. non ordin. ut si Clericus in minoribus constitutus cant epistolam cum manipulo; secus si sine (x) manipulo, quia sic interdum cantur a laicis.

mus, qui mortem aliter vitare non valens, suum occidit vel mutilat in iraforem. Hinc tamen nova disciplina obstat videtur Trident. Synodus decrevit (sess. 24. de Refor. c. 7.) opus esse dispensatione solum Episcopali, ubi homicidium ejusmodi commiserit. Qui sua voluntate homicidium perpetraverit, nullo tempore ad sacros Ordines promovet posse &c. Si vero homicidium non ex proposito, sed casu, vel vim vi repellendo, ut quis se a morte defenderet, fuisse commissum naretur, quam ob causam etiam ad Sacrorum Ordinum & Altarium ministerium jure quodammodo dispensatio debeatur, committitur loci Ordinario, qui non nisi causa cognita dispensare possit.

Ar gratissimè DD. Navar. lib. 2. Confil. 36. de Homic. Suarezius (disp. 46. de Censuris scilicet 2.) Barbosa (in Respon. ad id Conc.) & alij plures respondent, laudantur Decretum intelligendum de homicidio profero citra moderatam inculpate tutelæ, hoc est, non ob inevitabilem necessitatem defendendi propriam vitam. In hoc quippe casu Clementina illa Constitutio minime suffragatur, quæ judicio omnium Interpretum supponit, quod jam pridem in Jure communi ab Innoc. III. (c. 18. Significasti tit. cit. de homic.) expressum: Quamvis vim vi repellere omnes leges, & omnia jura permittant, tamen id dedit fieri cum moderamine inculpate tutelæ. Quare ut perspicille observat Sylvius (in fn. Com. ad art. 7. q. 6. c. 2.) Conc. Trid. non absolute pronunciat, hominem illum esse irregularem, qui in sui defensionem occidit in iraforem; sed loquitur conditionate, & que sensus: Si quis casu, vel in propria vitæ defensionem Ita occiderit in iraforem, ut invaluus aliqua dispensatione indigeat (ideo nihilominus, quia exceperit modum in-

culpate tutelæ, rationabiliter quidem se defendens, sed cum aliquo excessu) negotium committatur uni Episcopo illi expresso, qui dispensare possit causa cognita, & probatis precibus ac narratis.

(1) Sitia est, inquit, ecclesiarum Sac. Cong. apud P. Lucium Ferraris (Bibl. Moral. Can. voce, Missæ Sacrificium, nu. 58.) Clericus sic infortem existimul ad petendam dispensationem? Clericus, qui sollemniter contra Epistolam cum tunicea, & reliquis sacris vestibus, sed absque manipulo, debet petere dispensationem irregularitatis ad cautelam. Die 23. April. 1604. Resp. Primum observo juxta communem Theologorum, & Canoniarum doctrinam, quatuor requiri conditiones ad contrahendam eam speciem irregularitatis, quæ dicitur ex debito uti seu exercitio Ordinis, quæque præcipue inveniunt veteri statuto Normiæ Epæ c. 1. tit. 28. De Cler. non ordin. minor. lib. 5. Decret. Si quis aliquid Divinum officium exerceat non ordinatus, propterea temeritatem abiciatur de Ecclesia, & nunquam ordinatur. Nimirum oportet 1. ut quis exerceat actum Ordinis Sacri, sive majoris. 2. ut actus sit proprius talis Ordinis. 3. ut hujusmodi actum peragat sollemniter, seu quasi ex officio, assumendo nempe ea ornamenta sacra, quæ juxta Ecclesie constitutionem, & præxim sunt propria eiusdem Ordinis Sacri; quæ illa sunt ex gr. manipulo Subdiaconi, & psal. Diaconi. 4. ut scienter, ac temere id præstet, adhibendo non ex inadvertentia, aut ignorantia probabilis, aut seroci aliqua de causa. Deinde in medium profero Decretum Sac. Cong. ex P. Cajet. Marati (in Jud. Decr. n. 53.) quod altero Superiori esse longe potest, ut pote conditum die 5. Jul. 1698. Deficiente sub-

Qualiquis excommunicatione majore etiam occultam, aut suspensionem, aut interdictum exerceat aliquo proprio Ordinis sacri, quem habet, ex c. 1. & c. 2. de sent. excom. in 6. Idem de exercitio Ordinum minorum docet Navarrus, dicens esse communem, & Eganus ait probat in cap. Si quis p. s. h. c. Qui celebrat in loco interdicto, c. 18. de sent. excom. in 6.

Tertia est ex homicidio & mutilatione culpabiliter & injuste commissis, sive physice, sive moraliter, aut mandato, consilio, precibus, vel auxilio, favore &c. sive etiam negativa cooperatione, non impediendo, cum ex iustitia quis tenetur impedire, ex dist. 50. & ex tit. de homic. & de sent. excom.

Hec contrahitur 1. Ob homicidium voluntarium in sensu canonum, quod scilicet est in se directe voluntarium, vel in causa ita propinqua, ut moraliter impossibile sit cum velle, & non velle homicidium. Quod si plures communi consilio invadant, omnes sunt irregulares, quamvis unus percussit.

2. Ob homicidium casuale culpabile, quod contingit, cum quis nec necesse, nec mutilationem intendit, nec securam prævidit, sed vel providere potuit, vel debuit diligentiam non adhibuit ne accideret, vel dedit operam rei illicitæ & periculose, ex qua mors præter intentionem secuta est, quantumcumque diligentiam aliunde adhibuerit, ex tit. de homic. volunt. vel casu.

Secundum varios non contrahitur ob homicidium secutum ex re illicita, sed nullatenus periculosa, modo debita diligentia adhibita sit; eo quod tunc illud nullo modo fit voluntarium, nequidem in causa, ut pote nullum ejus periculum probabile deesset. Alii tamen ecent, contrahi ob mortem alterius ex quacunque actione illicita secutam, probatam ex variis canonibus; quare tutius est petere dispensationem.

Porro contrahit nullam contrahi irregularitatem, si homicidium fit omnino, & absolute casuale, quando nempe casu præter intentionem sequitur ex adhibita sit. Quia ubi nulla in homicidio casuali proceffit culpa, nulla sequitur irregularitas, ex c. 9. de homicid. & alii. Secus si debita diligentia adhibita non fuerit, c. 12. cod. tit.

3. Idem est de mutilatione voluntaria & casuali ac de homicidio, cui in jure æquiparatur, ex c. 4. de raptor. & cap. ult. de homicid. in 6. & Clement. cod. tit. Et autem mutilatio abscisio membri vivi. Membrum vero excommunicati sententia est pars corporis, quæ propriam habet officium distinctum ab aliis partibus, ut manus habet officium palamali, oculus videndi, pes gradendi &c. non autem dentes, capilli &c. Unde multi docent digitum alieni abscisionem non contrahi irregularitatem.

4. Ex apostasia a fide, vel hæresi externa, est occulta, ut docet Navarrus, Suarez, Sanchez, Bonacina, & alij communiter apud illos. Quia irregularitas criminis ipsi hæreses, & non solum infamie inflicta est. Nec jura distinguunt inter hæresim publi-

cam & occultam, ut c. 2. de hæret. in 6. &c. cap. Saluberrimum, c. 1. q. 7. Dicitur tamen hæretici, eorumque filii ad fidem conversi non haberi irregulares in Gallia, nec Germania, ubi hæretici tolerantur.

5. Ex gravibus criminibus notoriis, quæ a jure annexam habent infamiam: quæ sunt simonia, crimen læsæ Majestatis, adulterium, incestus, sodomia, concubinatus, perjurium in judicio, maleficium &c. Item ex Conc. Trid. raptus mulieris, vel illius fautor, nec non duellum.

Sed hæc irregularitates non contrahitur, si crimen sit occultum, ex c. 4. & ult. de temp. ordin. nam est immediate ex infamia, radicaliter vero ex delicto. Et quamvis crimen sit occultum, delinquens non est infamis, cum integrum sanam retineat apud homines infamiam enim est publica opinio præva de vita & moribus alicujus.

Nota. Ad contrahendam irregularitatem ex delicto requiritur culpa mortalis, & exterius consummata. Quia irregularitas est pena gravissima de se perpetua, & difficile solubilis, ideoque non contrahitur nisi propter culpam gravem ac mortalem, alioquin non esset delicto commutatoria.

Questi. VI. An in dubio aliquis debeat se gerere pro irregulari?

Resp. 1. In dubio jurato scilicet lex est in fide obscura, ut de ejus sensu peritiores inter se discutiant, vel quando dubitatur, an hic casus contineatur sub lege inducente irregularitatem, docent Canoniste, neminem censendum esse irregularem, c. 18. de sent. excom. in 6. ubi ad irregularitatem contrahendam requiritur, ut id in jure expressum sit, sicut expressa in jure.

Resp. 2. In quolibet probabili dubio facti, cum nempe quis dubitat, num posuerit actum, cui irregularitas est certo annexa, tenetur se gerere pro irregulari, ex c. 18. de homicid. ubi statuitur, dubitanti de homicidio a se perpetrato teneri adhibere ab usu Ordinis, cum in dubiis semitam debeamus eligere tutiorem. Que ratio universalis est, & æque valet pro dubio facti in qualibet materia. Ita Abbas, Valquez, Azor. Valent. Reginald. &c. Et vero alioqui se exponeret periculo faciendi actum prohibitum.

Hinc qui fecit aliquid illicitum, ex quo dubitatur, an mors alterius secuta sit, censendus est irregularis, nam est dubium facti.

Questi. VII. Quam dispensare possunt in irregularitate?

Resp. Episcopus potest cum suis subditis dispensare in omni irregularitate, & suspensione proveniente ex delicto occulto, nec ad forum contentiosum deducto, excepta ea, que oritur ex homicidio voluntario. Conc. Trid. sess. 24. c. 6. Item cum illegitimo ad Ordines minores & beneficium simplex, non requiritur majorem Ordinem c. 1. de filijs presb. in 6. & in bigamia similitudinaria, c. 4. de cleric. conjug.

Subdiacono pro Missæ solemnium, data necessitate potest permitti per Superiores, ut subducatur constitutus in minoribus ordinibus, ad cantandam Epistolam paratus sine manipulo. Hinc prædictis poterit oculatus

quisque, vel me tacente, elicere solutionem propositi dubii, nec non aliorum plurium, que in presentia materia excitari queunt.

In aliis omnibus solus Papa dispensare potest, vel is qui ab eo privilegium accipit.

Nostra Societas Proposito Generali, & aliis Superioribus respectiva concessum est a Paulo III. privilegium dispensandi cum nostris in quavis irregularitate, praterquam homicidii voluntarii, & mutilationis membrorum, & bigamie.

Confessarius autem, si facultatem dispensandi super irregularitate obtinuerit, post datam absolutionem a peccatis, hac forma utitur: Et eadem auctoritate dispenso tecum super irregularitate, vel irregularitatibus, si plures sint, in quam, vel in quas ob talem causam, vel tales causas incurristi, & habilem reddo, & respirato te executioni ordinum, & officiorum tuorum. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Si penitens Ordine Sacrosacred. dicendum est: Habilem reddo te ad omnes Ordines suscipiendos. Ita Rit. Rom.

Porro hoc ipso quod conceditur facultas absolven-

di a Censuris reservatis, non censetur etiam concessa pro irregularitate, cum irregularitas non sit censura, & difficilior sit irregularitatum quam censurarum relaxatio. Et secundum Romanæ curiæ systema nunquam censetur concessa facultas dispensandi in irregularitate, nisi fiat illius expressa mentio; S. Carolus in Instruct.

Nota. Communis sententia docet, quemlibet sacerdotem approbatum, seclusa prohibitione, posse absolvere a peccatis irregularitatem antexam habentibus, si illa non sint reservata. Nam irregularitas admissa non impedit effectum absolutionis, cum non pugnet cum statu gratiæ; neque atret a perceptione Sacramentorum excepto Ordine, cum fit inre inhabilitas solum impediens Ordinum susceptionem, aut eorum exercitium. Unde potest quis absolvi a peccatis, remanente irregularitate eis annexa, & ipsa in Jubilis hæc non relaxatur eis, qui virtute illorum a censuris, & peccatis absolventur (1).

(1) Hoc loco cum texus desinat Cl. Auditoris, & ego sum fecit scribendi concessis officis, uti par est fungendo. In primis cum D. Bonac. in fin. lib. 3. Sect. 1. Domino nostro Jesu Christo immensa gratias ago, quia adjutus me pervenire ad consummationem operis miseratus paupertatem scientiæ, & ingenii mei. Deinde, quoniam a D. Tb. verissime observatum (Opus. de Symb. Apost. §. 12.) Sola Ecclesia Petri, in cuius partem venit tota Italia, semper fuit summa in fide: & cum in aliis partibus vel nulla fides sit, vel sit commixta multis erroribus, Ecclesia tamen Petri & fide viger, & ab erroribus munda est, quia Dominus dixit Petro, Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua: Idcirco supremo iudicio Sacrosanctæ huius Ecclesiæ cuncta hæcenus a me exarata submis-

to, paratus expungere, corrigere, explanare, si quid e calamo prodierit aut repugnans orthodoxæ doctrinæ, aut quovis modo distortum, ambiguumque. Postremo Lectorem omnes benevolos rogo, ut quacumque offensus sunt minus recte vel perire dicta, pro sua sapientia emendare dignentur: simulque sibi perscrudent, anne quoque sciderit edici posse, quod Seneca olim de moralibus scribens restabat (Spec. Anim. cap. 2. in fin.) Scilicet nequaquam intentionis mee fuisse hic aliquid temere asserere, vel alicui præiudicium generare. Omnes, cuiuscumque nationis, instituti, scholæ sint, venero pro merito, est omnibus perque placere in tanto, quod non maxime vigeat, moralium sententiarum divorcio peranduum sit, ne dicam impossibile.

TRA-

A P P E N D I X

De damnatis ab Ecclesia propositionibus, ubi decreta quoque nonnulla ad disciplinam pertinentia recensentur.

Damnata ab Ecclesia propositiones brevis esse debent explicatio subiectivis, ut Theologia hæc quoad ea saltem quæ necessaria videntur, absoluta sit atque perfecta. Nam licet plures in ea recensentur, nonnullæ tamen decant; & quantum haberent omnes propriis in locis recensere & indicare, tamen ad hoc necessarium videretur huiusmodi catalogus, ut ex eodem confessoriorum oculis subiecto facile deprehendantur errores, in quos Theologi aenarii incidere sive ob nimiam rigorem, sive ob nimiam illam indulgentiam, qua libertati favere solentur. Nec eas tantum propositiones recensentur, quæ per se ad morum doctrinam pertinent, sed etiam illæ quæ ad Adami lapsum, depravationemque inde secutam humanæ naturæ, liberum arbitrium, & gratiam spectant, vel ad Ecclesiæ disciplinam. Nam cum hæc plurimum consentiant ad naturæ integritatem ejusque causam detegendam, & ad moeritum immeritamque hominis cognoscendum, antequam Recloribus omnino explorata esse debeat, & ad rite animas dirigendas sunt necessaria. Accedit etiam esse inter Orthodoxos, qui in eis exponendis invicem variant, ac opiniones, quæ in aliquo catholicorum schola tradendam amittuntur propositionibus consentiant, quo fit, ut diffidia non solum inter privatos, sed etiam inter ordines ipsos Regularium plerumque oriantur, quæ si non inimicitias, saltem scandala pariant: at hæc quoque doctrina morum de medio tollere decet. Hæc ergo qui animarum curam suscipiunt, scire eas ac explicare, dum opus sit, tenentur. Ne vero cæca ac tuta pro his exponendis via desit, indicatis variis Apostolicæ Sedis Constitutionibus, quæ Orthodoxorum scholarum opiniones cum damnatis conservant, & censuræ notatæ prohibent, Baji, Janensis, Quæstionelle sistematæ exponunt, eademque ratione Quæstionum propositionibus agam. Quoad reliquas vero propositiones, eas sigillatim explicabo, ac juxta traditionem in opere doctrinam restitabo: antiquiorum vero Hæreticorum, sine ulla expositione recensbo. Quoniam vero non una eademque censura theologica singulari notatæ fuerit, ut nihil desit, quod ad perfectam illarum intelligentiam ducere possit, præmittendam duxi brevem explicationem notarum, quibus damnatæ propositiones dignosci, ac detestari, sive qualificari solent.

C A P U T P R I M U M.

De variis censurarum notis.

Inter notas, quibus propositiones designantur, quæ Ecclesia prohibere solet, primum locum tenet Hæretica. Est autem hæretica propositio illa quæ aperte opponitur veritati revelatæ, & ab Ecclesiæ fidelibus ad credendum proponitur. Propositio istæque illa quæ desinat fidem, quam habere debemus de re aliqua ab Ecclesiâ nobis, ut a Deo revelatâ, propostâ, hæretica dicenda est. Hæc itaque propositio: Animæ Insuperum, quibus nihil lucendum superest, non nisi post alterum Christi adventum calosi beatitudinis donabuntur, hæretica est, quia revelationi jam ab Ecclesiâ per suam definitionem fidelibus explicatæ, & inculcatæ adversatur. Antè definitionem erit utique hæretica, ac revelationi contraria, sed cum notandum desinit esse ab Ecclesiâ, cui depositum est divini revelationis conceditum, ac jus patendi, sive docendi traditum cum infallibili promissione de futura assentione, ne unquam erret, ac errare possit cum veritates secretas exponit ac desinit, hæretica dici non poterat.

2. Altera nota est Schismatica, quæ propositionem denotat Ecclesiæ unitatem deserventem: huiusmodi est propositio quælibet, quæ sine hæreticis, vel ad schisma inducere, Antioch. Theol. Metaph. T. III. P. II.

vel parere illud valeat. Ad schisma vero inducunt propositiones, quæ fideles a debita legitimitate Pastoribus, & præsertim Romano Pontifici, qui centrum est unitatis, obedientia & subiectione retrahunt.

3. Erroneæ propositio dicitur, quæ veritati opponitur, quæ licet in se revelatâ, non sit, tamen per legitimum consecrationem ex una revelatâ & altera lumine naturæ non eruitur. Huiusmodi esse propositio hæc, Christus non est filius, quæ opponitur conclusioni ex duabus his præmissis deductæ, si uno est filius, Christus autem est homo.

4. Suspecta dicitur hæreticæ propositio dicitur, quæ licet catholici & hæretici sentias sit capax, ratione tamen sui, vel persona loquentis, aut temporis, locique circumstantiarum, prudens motivum ac fundamentum præfert existimandi illam hæreticam esse. Huiusmodi fuit apud Arianos propositio, quæ dicebat Verbum divinitus Patri, hoc est similitudine cum Patre substantiæ, aut hæc sententia catholicum habere posse, dum significat Verbi naturam Patri omnino similem, quia ut similitudine sit, eadem quoque esse debet; tamen ut ab Arianis protulit qui eadem ad naturæ divisionem, & accidentalitatem tantum similitudinem significandam usurpabant, iure meritoque pro suspecta habetur, ac rejecta fuit. Ita etiam suspecta foret apud Nestorianos propositio quæ Dei Patris Christi mater appellatur, & in Sociinianis personæ hæc alia, Deus unus est, quia illa ratione personæ loquentis ad excludendam divinam materiam, altera ad excludendam personarum trinitatem arbitrata prudenter existimari potest.

5. Sapientis hæreticæ propositio dicitur, quæ licet propositioni revelatæ immediate non opponatur, tamen ita cum revelatione pugnat videntur, ut in auctoris eam cum scriptis, hæreticam sceleratè videntur; sive quod illa propositio ambigua, ex modo loquentis auctoris sensum hæreticum præferre videntur, sive quod ita deductis ex revelatione conclusionibus juxta communem Theologorum rationum ad rationem advertebat, ut hæreticam sapiat, sive hæreticam auctoris animam delinquit; sive denique, quod fundamentum præbet probabiliter iudicandi, vel propter verba, vel propter materiam, vel propter alia adstantia aliquam esse apud auctorem hæreticam, ex qua propositio illa procedat.

6. Hæreticæ proxima est propositio, quæ hæreticæ maxime assensu est, hoc est ea quæ doctrinam opponitur, quæ licet certo de fide non habeatur, a plerisque tamen gravi cum fundamento de fide dicitur. Nam hæc est propositio fere sive proxime de fide dicitur, quæ plerique at entis argumentis revelationis, ac Ecclesiæ definitione, de fide apparet; ita hæreticæ proxima appellatur, quæ plerique gravi ratione ductis hæreticæ videntur tunc enim iure quasi hæreticæ seu proxima hæreticæ dicitur.

7. Erratæ propositio est, quæ ita erroneæ sit propositioni assensu, sicuti assensu esse diximus hæreticæ proxima propositionem. Itaque, qui conclusionem negat, quæ plerique ex una præmissa de fide, & altera evidentè nota deducta dicitur, quæ vigisilique evidentem esse consecrationem negant, errori proxima propositionem doceret. Tripliciter autem esse potest errori proxima propositio. Primo quando negat conclusionem, quæ evidentè sequitur ex una præmissa naturali lumine certa, & ex altera, quam plerique gradum rationis ducti, de fide prædicant, est aliqui id negent. Secundo, cum negata conclusio inferatur ex una, quæ iam constet esse revelatâ, & altera quam evidentem per illationem plerique asserant, licet nonnulli hæc in illa evidentiam non agnoscant. Tertio denique proxima dicitur errori; dum negat conclusionem, quæ ex præmissa de fide deducta sit, & altera, quam plerique licet non omnes evidentem habeant.

8. Male sanas propositio est ambigua, quæ potest quidem habere orthodoxum sensum, sed fallit & quidem sic.